



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 94. Francisci Peretti Cardinalis obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

**Sæc. XVII.** clesiam reversus, illam variis ædificiis  
**A. C. 1655.** & ornamentis, novoque Seminario  
 xit, suisque Canonicis suoque Clero in  
 quotidianas distributiones duo aureo-  
 rum millia addidit: Tandem in laboris  
 præmium ab Innocentio X. Purpura Ro-  
 mana decoratus, pluribusque S. Co-  
 gregationibus præpositus, eruditione  
 viresque suas in Ecclesiæ utilitatem  
 & pauperum solamen egregie impedit:  
 Evolutis aliquot Mensibus ab eoden  
 Pontifice ad Bononiensem Legationem  
 evocabatur, quam tamen nonnisi unius  
 anni spatio administrabat, a Papa, ut  
 tanti Præsulis incolumitati conuleret,  
 Romam revocatus, ubi Innocentio su-  
 perstes, conclave ingressus est, in quo  
 quidem plurium Cardinalium suffragi  
 in eum conspirabant, sui tamen elec-  
 nem repentina mors prævertit, die de-  
 cima quinta Februarii anno ætatis sua  
 septuagesimo quarto fatis functus.

## §. XCIV.

*Francisci Peretti Cardinalis obitus*

*Silos Hist.  
Cler. Reg.  
pag. 3.*

**E**odem anno decepsit Franciscus Pe-  
 retti Montaltus patria Romanus  
 Sixti V. Pronepos, qui Philosophicis,  
 Theologicis scientiis excultus, ab U-  
 bano VIII. Papa juvenis adhuc Cardi-  
 naliū Collegio adscriptus est. Preful-  
 pell.

postmodum Archiepiscopus Montis Regie Sec. XVII.  
galis Ecclesiæ, cuius curam summo A. C. 1655.  
studio geslit, atque ad corrigendos Ec-  
clesiasticorum, populique mores Syno-  
dum celebravit, Templumque Divi  
Andreas Clericorum Regularium suis  
sumptibus restauravit. Interfuit Inno-  
centii X. & Alexandri VII. comitiis,  
quibus finitis in gravem morbum inci-  
dens, die tertia Maji annos natus quin-  
quaginta quinque Romæ e vita mi-  
gravit, sepultus ad S. Mariam Majorem  
in facello gentilitio, quod olim Sixtus V.  
Papa erexerat.

§. XCV.

*Francisci Adriani Cebæ Cardinalis  
extrema.*

Hunc pari fato sequebatur Franciscus Adrianus Ceba Pedemontanus, Ciacon. in vita Urban. qui ab Urbano VIII. intimus Pontificii VIII. cubiculi Minister, ac libellorum suppli-  
cum Præfectus renuntiabatur, quæ om-  
nia munia non sine magna prudentiæ  
ac integritatis laude obibat, quo circa  
non modo ad Ludovicum XIII. Gallia-  
rum Regem pro pace Christianos inter  
Principes restauranda Nuntius in Fran-  
ciam decernebatur, sed etiam in labo-  
ris, meritique præmium ab eodem Pon-  
tifice sacra Purpura honoratus est: Obiit  
tan-